

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Doctrina siue doctor ae  
cum fonte primo

Si bene uixerint, eorum est lucrum; si bene docuerint, uestrum.  
Accipite igitur quod uestrum est; nolite discutere quod alienum est.

Frequenter enim de malo homine bona doctrina procedit,  
sicut terra uilis pretiosum aurum producit.  
Nunquid propter uilem terram pretiosum aurum contemnitur?  
Igitur sicut aurum eligitur et terra relinquatur,  
sic et uos doctrinam accipite et mores relinquite.

Crisostomus ibidem (super Matheum) super illud:  
Quecumque dixerint uobis facite secundum uero opera eorum.

Si bene vixerint, eorum est lucrum: si bene docuerint, vestrum.  
Accipite ergo quod vestrum est, et nolite discutere quod alienum est.  
Sicut enim sacerdotes etiam infideles docent propter fideles,  
melius judicantes propter bonos etiam malos fovere,  
quam propter malos etiam bonos negligere:  
sic ergo et vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorate,  
ne propter malos etiam bonos contemnatis.  
Melius est enim malis justa praestare, quam bonis justa subtrahere.  
Frequenter enim et de homine malo bona doctrina procedit.  
Ecce enim et vilis terra pretiosum aurum producit.  
Numquid propter terram vilem pretiosum aurum contemnitur?  
Non: sed sicut aurum eligitur, et terra relinquitur,  
sic et vos doctrinam accipite, et mores relinquite.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 43 (PG 56,  
cols.876-877).